Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium guilelmitanum - Cod. St. Blasien 91

Wilhelmiten

[Südwestdeutschland], [um 1475]

Cantica der dritten Nokturn, nur De nativitate domini. Brev. cist. 1488

urn:nbn:de:bsz:31-55989

Visual Library

Opulus qui

ambulabat in tenebris. ambula
bat in tenebris. vidit lucem magnam.
habitantibus in regione umbre mortis
lux orta est eis. ultiplicasti gentem
nec magnificasti leticiam. etabuntur
coram te sicut qui letantur in messe. sicut
exultant victores capta preda. quando
dividunt spolia. ugum enim oneris
eius et virgam humeri eius et sceptrum
exactoris eius superasti. sicut in die
madian. uia omnis violenta pre
datio cum tumultu. vestimentum mixtum
sanguine. erit in combustione et cibus
ignis. arvulus enim natus est nobis.
et filius datus est nobis. t factus est
principatus super humerum eius. et vo
cabitur nomen eius. admirabilis.
consiliarius. deus fortis. pater fu
turi seculi. princeps pacis. ultipli

tabitur eius imperium et pacis non erit
finis super solium david et super
regnum eius sedebit. ut corroboret
confirmet illud et corroboret in iu
dicio et iusticia amodo et usque in
sempiternum zelus domini exercituum fa
ciet hoc
Letare ierusalem et diem festum agite
omnes qui diligitis eam gau
dete gaudio omnes qui lugebatis
super eam. ut potemini a lacte et sati
emini ab ubertate consolationis eius
Et cum avulsi fueritis a lacte. epu
lemini ab introitu glorie eius quia
hec dicit dominus ecce ego declino in
eos ut flumen pacis. et ut tor
rens inundans gloriam gentium
Venter eorum in humeris portabi
tur. et super genua consolabuntur
Quemadmodum mater consolatur filios
suos. ita et ego consolabor vos et

et in ierusalem consolabimini   Et videbitis et
gaudebit · et letabitur cor vestrum · ossa
vestra ut herba germinabunt et germina
bitur contumacibus ·   Ecce dominus ut
ignis veniet · et ut tempestas quadrige
eius · reddere in ira vindictam et va
stationem in flamma ignis   iudicare
enim zeli domini · devorabitur omnis ter
ra · et in gladio eius omnis caro.
Urbs fortitudinis nostre Syon · salva
tor ponetur in ea murus et ante
murale   Aperite portas et ingrediatur
gens iusta custodiens veritatem ·
Vetus error abiit servabitis pacem ·
pacem quia in te speravimus   Sperate
in domino in seculis eternis · in domino deo
forti in perpetuum   Qui incurvabit habi
tantes in excelso · civitatem sublimem
humiliabit   Humiliabit eam usque ad
terram · detrahet eam usque ad pulverem

re· Exultabit cum pertransierit pauperibus·
gressi egenorum· Semita iusti recta
est· rectus callis iusti ad ambula
ndum· Et in semita iudiciorum tuorum
domine sustinuimus te· nomen tuum et me
moriale tuum in desiderio anime Anima
mea desideravit te in nocte· sed
et spiritu meo in precordiis meis· de
mane vigilabo ad te Cum feceris
iudicia tua in terra· iusticiam discent
habitatores orbis Misereamur
impio et non discet facere iusticiam in terra
sanctorum iniqua gessit· et non videbit
gloriam domini Domine exaltetur
manus tua ut non videant vi
deant· et confundantur zelantes
populi· et ignis hostes tuos devo
ret Domine dabis pacem nobis· omnia
enim opera nostra operatus es nobis·